

2003
204 . 20 - A 14

NAZ. CENTR.

204

20 A

14


ROMA


BIBLIOTECA


VITT. EMAN. II



miss. A. 233.13









20H-20.A-1H





E $\frac{2}{3}$


Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu



21
1 21-7-28

38





MAGISTRI
IOANNIS POLL
CARPI SEVERITA
NI SIBENICENSIS
DALMATE PRE
DICATORII: AD
ILLVSTREM
GVIDO BAL
DVM RVE
RIVM:
CASTRIDVRAN
TI COMITEM IN
VICTISSIMI VR
BINI ET SORE
DVCIS FRAN
CISCIMA
RIE FILIVM FE
RETREIDOS
LIBRI TRES

CHRISTIANUS
1500

46.10 Kenig y me For Thom a



MA. IO. POLICARPVS SEVERI
TANVS: SIBENIGENSIS: DAL
MATA PREDICATORIVS:
CLARISSIMO GVIDO BAL
DO: R. VERIO CASTRI
DVRANTI COMITI
ILLVSTRISSIMI
ET INVICTISSI
MI VRBINI ET
SORE DVCIS
FRANCISCI
MARIE FI
LIO. S. P. D.

Bibl: Sec

Call Rom:

Joc:

Se Sa



Arthorum regem ut inquit Calido
nius mi clarissime princeps: nemo
sine munere salutare poterat. Ego
uero: Predicatorie Religioni at
neris unguiculis dicatus: In qua
uoluntaria paupertate profiteor: te adhuc incu
nis uagientem: quis nunc Illustrē herodem: cui to
ta applaudit enotria. Quū decernissem conueni
re: Sepius excogitabam: quo nā munere primum
Salutare deberem: & quum multa quidem ultro
citroq; se offerrent: nihil tamen nobilius fore are
tratus sum: q̄ illa tibi uirtutis opa cōdonare: qui
bus adeo inuigilavi ut quo ad fieri poterit Ego tu
us: tuiq; clarissimi parentis: & inuictissimi Ducis

Mores
parthorē

fidissimus seruus & tu illis splendorem afferes: &
illa tibi ornamento essent: Alij enim Vasa aurea:
alij argentea: alij diuersa fortune bona tibi offer
te conantur Ipse aut pauper Vates: non nisi car
mina: tres uidelicet libellos de tuo natalicio die:
Varijs sententiarum floridus ornatos tibi off: ro.

Que tanto diuitijs nobiliora sunt: quanto ille flu
xe: & fragiles. Virtus eterna: claraq; habetur:
ex his heroico carmine cōscriptis: cognosces nō
assentationes: aut adulationes. In te aut in tuos
aliquas: Sed omniū eorū ueritatem: que fere toti
mundo natura duce liquido patent: nā te nolo la
teat: potius se natura que ubiq; una omniū mater
est bonum principē nasci: q̄ fortuna Qua plures.
Improbi. Impuri: Crudelles abiecti & libidinosi
sunt: tuē uero clementiæ clarissimus pater: Inui
ctissimus Urbini: & Sore Dux. Romane Urbis
presectus: non est de quo dici possit meliorem esse
R. pub & prope tutiorem in qua p̄iceps malus
est: ea in qua sunt p̄cipis amici mali: Si quidem
unus malus potest a pluribus bonis corrigi: multi
autem mali nō possunt ab uno quīs bono ulla ra
tione superari quis enim tuo Illustrissimo parēte
prudēti or est: quis grauior: quis sapientior: quis
ingenij acrimonia: uel consultandi prestantia me
lior: profecto nullus: uel rarus est: nam de fr̄de iu
sticia q; sua: quid est quod dici non possit & egre
giū: & excellentissimum: eo innocētior nimis est:

Laus uir
tutis.

Sn̄ia pri
cipe di
gna.

Dux lau
datur a
uirtuti
bus ex
m̄ijs.

nemo integritate melior: qui nō modo nen ini no
ceat: sed & pro fit omnibus: sitq; accerrimus uitio
rū propugnator omniū: italie alter scipio & pa
ter: & propugnaculum in omnes hostium insidias:
sua postremo continentia: atq; frugalitas: & in
omni re modestia tanta est: ut cum omni antiqui
tate: de temperātie ac omniū uirtutum laudibus
certare possit: is amicos sanctos ac uenerabiles ha
ber. In aula sua: non maliciosos non furaces: nō
factiosos non calidos nō ad malū consentientes:
non bonorū inimicos: nō libidinosos: nō crudeles:
non circūuentores: non irriiores non qui illū qua
si fatuum circūducant: sed sanctos uenerabiles:
continentes: religiosos: amantes sui principis &
qui de illo: nec ipsi riderent: nec risui esse uellēt q
nihil uenderent nihil mentirentur: nihil fingerent
nunq̄ occiperent existimationē sui principis: Sed
amarent ira q; de tuo ciarissimo parente nunq̄ di
ci possit: q; pessimus extiterit amicos tamen ha
buerit bonos. sicut de traiano dictum est: quo ma
gis odio quandoq; fuerit qui rem publicam peior
ris uite hominibus cōmēdauerat quia melius est
unum malum pati q̄ multos: nam & gladio bar
barico & scurre manusi barbare: non solum in bel
lo: Sed & belli tēpore nunq̄ pepercit: nec est mi
rādum: quoniā & acclarissimo genere oritur &
bene nutritur: & ut aliquod Tu adhuc tenellus co
gnoscas & eo ocius quis sis illustrissimus illustris

Laudā
tur ancis
aulici. et
amici.

or fias mi princeps incitamento uirtutis & laude
 tuorum. ¶ Tibi fuit ab auis Fredericus dux: Vnus
 Fredericus dux. uisus: qui impetus barbarorum comprimere potuit tue
 ri: qui Italiae libertatem posset. Consilio sciret animo uel
 let: oblitus regem aliarum totus intentus ad omnium salu
 tem tantae temperantiae: severitatis atque clementiae fuit ut
 nunquam a iniuria misericordia a misericordia iniuri
 tia discederet comis: facilis mansuetus cum bonis.
 Ceteris tristior. Se contractior: qui prebebat: ut omnes
 obseruarent maiestatem mansuetudinem colerent: mo
 res eius uite normam. Iudiciumque pertimescerent dux
 bello clarus: hunc nouerat indus arabsque omnibus
 amandus & uerendus princeps: ut cui Alexander
 Baptista facile & uirtute & armis posset cedere. ¶ Huic
 Frederici clarissima coniuge Baptista Sfortia: Alexan
 dri Sfortie filia clarissimi bello & fortissimi ani
 mi ducis qui propter magnitudinem regem gestarum om
 nibus Enorie principibus notus fuit: Cui fuit Germa
 nus Constantius Sfortia: summe spei iuuenis: & qui
 nullam ex parte maioribus suis inferiorum se promisit:
 & pater Franciscus Sfortia. Summus dux: mater
 Constantia Varana: laudatissimi nominis femina: tanta
 Francisci Sfortia. litteratura fuit hec inclita Baptista: quam familia
 nobilissima & qua nescio an in Italia sit uerustior
 Isabeta plus tamen literis: quam nobilitate celebrata fuerit: pede
 malatestri & equestri pede: ut Tullium & maronem antecede
 sta: sanctam retinens animam matrem Isabetam ex gente Malatestarum eque
 uestalis. nobilissimam habuit inter uestales sanctissimam: Tuorum

clarissimo parēti. ¶ Parens nobilissimus Ioānes fuit ex liguris p̄cipibus oriūduſ ut qui a cesaria nis originē traxerit q̄m nullus uel rarus Romane urbis p̄fectus esse pōt qualis ip̄e fuerit nisi tali genere fulserit: Germanus Iulij pōtificis maximi: quo nec prudētia: nec regē gestaꝝ magnitudine p̄ fluctuante nauicula Petri nec sc̄ritate alter uisus: est: nepos Syſti pontificis maximi: de quo uere dici possēt ut fuerit instaurator ita et cōditor Romane urbis qui nō symonia aut precibus: aut ere corruperint alios ut dei ecclesie p̄essent: sed et morū probitate: et uite sc̄tīmonia: et uirtute clari naufragatē Petri Nauim tutā importū subduxerūt et seruarunt: et urbis Romane sparsum imperium et adima collapsum collegerunt: et auxerūt. ¶ Mater Illustrissimi ducis Ioanna extitit Frederici Vr̄binatiū ducis filia: modeſtia admiranda et incredibili religionis obseruātia et probitate uite: ut si q̄s eā cū p̄iscis mulieribus cōparari uoluerit oia secula facile cedēt ī hac illustri parite ducis laudibus suis: nō est silētio p̄tereundus dux inclytus Guidobaldus au⁹tinus. cuius doctrina atq; eloquētia admiratiōi fuit et bis q̄ doctissimi eloquētissimi q; fuerunt: sūmorum enim hominum phylosophie et astronomie cōmentaria et diuine scripture eloqa adeo didicerat: et edocuerat ut nescias eloquētie ne plus iuenias et doctrine: an religiois et sc̄tīmonie in eo: cumulata oēs

Clarissimus pater ducis

Gloria Iulij pōtificis et Syſti.

M̄ clarissima ducis.

Guidobaldus dux omnib⁹ plenius uirtutibus.

natusse vires: & uirtutum dogmata iādiu nostra
tempestate uidimus ut qui difficile in uita a rebus
minus q̄ bene gestis quod nō humano ingenio: Sed
diuino tribuitur) oberraret: tanta pacientia: &
animi temperantia fuit ut in rebus aduersis sese
nūq̄ summiserit: neq; in prosperis elatior q̄ opus
est: extiterit. Cesari nāq; Valentie duci Vastro ad
modum Rubor est dicere Alexandri Romani pō
tificis filio: Potentia patris freti: nō ingenio aut
uiribus suis eū e regno pellenti Cedere s̄ iuit: quo
docuit q; & aduersa scire pati: Et fortune cedere
potius esse sapientis officium q̄ astutie: ubi hoc eius
Regni populi uidissent mortuo Cesare adultero
principe: & crudelli tyranno guidobaldum ducē
tensis in celum palmis pro uero principe suscipi
unt. hoc quidem recte quoniā feretria domus nūq̄
q̄ tyrannidem in suos exercuit. Sed iustitia & pie
tate clementia quoq; ubi opus fuit: nō solum suos
populos rexit. Sed coluit: & obseruauit: at quid
dicā de sua castissima coninge Isabeta quam qui
non laudet: non offerat: nō admiretur: bonorū mo
rum & uirtutū parum amicus haberi poterit no
stris temporibus: & huic etati ingratisimus indi
cabitur: huic est optimi maximi dei comitas: in
christū & pauperes imēsa pietas: in omnes deos
precibus assiduis pura sanctitas ut non mortalis
femina: Sed dea uideatur & iudicetur quā nihil
aliud est laudare nisi eius laudes proferre nō poss

Fr
cu

B
F
ci
su
fo
C
ti
ci
F
se
ti
l
n
st
u

Laus fe
retrie do
mus.

Isabeta
coniux
Guido/
baldi du
cis.

se: hoc tantū addam: ne pro eius pietate ingratus
uidear patrem habuit Franciscū Mariā Mantue
principem: Summum ducem: Cui adeo fortuna
tribuit: ut & Venetus Senatus fulmināte in eum
grauissima cede: Iulio pō. Max. & fere totius im
perij eorū exitio: In eo spē totā poneret tāti erat
in bello gerēdo consilij: Tāteq; fortitudinis ut tur
caz Cesar: eū non hominē: Sed in homine latitan
tem martem diceret: Et ita gloriaret huius princi
pis consuetudine Vt sue gētis cognomine tanq̄ al
terum martē sibi egida portantem appellari uol
luerit. tibi mi princeps est genus a superis: quibus
nil mortale equari possit. Si ab auos repetā Ger
mani duces Et quidem illustrissimi hī tibi erūt. Si
p auos galli: Si at auos hispani. & parthenopei
reges: Si auos Et a p̄na & a m̄na stirpe hī sūt
Mediolani & Ferrarie Incliti duces: quorum lau
des tot & tante extitere: omniū uirtutum gñe: ut
nec uox ferrea narrare eas posset: nec mens facile
excogitare auderet: Si amicos memorem: quis est
qui feretiam: ingenuā: Et illustrem domum: non
amplectatur. Colet: Et pene deorū munus datum
mortalibus non obseruet: uidi eum felicem: & pe
ne eternum uideri dici: & esse posse: qui se uel fere
trium dicat: uel dici dignum indicet tanti est pul
chra libertas & honeste uite modus. His populis
sub feretrie domus uexillo: & umbra de gētibus:
quare de nobilitate clarissimi generis de sanctissi

Vñ orif
filius du
cis Urb
ni.

Amicise
retrie do
mus.

Qui sūt
feretri
homies:
& qua
re.

Cōiunx
ducis ur
bini.

Laudes
& gesta
Frācisce
marie ur
bini du-
cis.

me acta uita: diuinis q; laudibus nulla: uel secūda
sit domus q̄ tibi sit & se iactitet: de tua clarissima
genitrice Leonora Illustri: mantue principis. fi-
lia: qd aliud referā: nisi q; pudicitia & oīs scītas
sibi cedit: duciq; clarissimo tuo illustri parēti Frā-
cisco Marie: sūmo quippe duci: & cui ex eo pluri-
mū debet etas nra q; habemus quē possumus cum
priscis illis cesaribus magnitudine reꝝ gestarū in
italia cōparare. hic adhuc prima lanugine tictus
adeo floruit cōsilio reꝝ gerendarū & belli appa-
ratus: us Iulius pōtifex maximus ausus fucrit eū
ducē dare: toti exercitui Romani Imperij: p ex
pugnāda bononia: ubi adeo se ingenue & strenue
hūit ut qsq; diceret eū nō abhomine. Sed a Marte
genitū: hoc cū aduerteret Iulius patruus eius: ad-
uersus Ferrariā parta: ingēti hoīm multitudine:
& Hispanie rege huc se cōserēte ut sibi p̄sidium
ferret: Cesis fere oībus hispanis: acriter pugnās
dux oīum: se suosq; cū ingēti gloria seruat: ut nū-
ciaret indis & armenis huius ducis prudētia: &
fama: uictis hispanis penisq; ad Rauēnam ab Al-
phonso Ferrarie duce: Sed & pauca p̄ter hec mir-
ra tamē tibi offerā de uirtutibus tui clarissimi pa-
rētis: ut qualis ip̄e fuerat & te talē exhibeas: dū
dux regnat: priusq̄ eēt pōtifex max. Leo Florēti-
nus: p̄fugus a patria: factionibus ciuū: ip̄m cum
Iuliano eius germano amplectit: fouet: & seruat
in domo tua at ubi fortuna uices suas uoluit: Ve

Laurētīū medices mortuo Iuliano Vrbinatibus
 ducē p̄ficeret: Inuēta occasiōe q̄ sibi nō obediret:
 q̄a pedica posita qua in agmine cū illaquearet: p̄
 cipit inadi ferrariā: prudēs aī aduertit laqueos ni
 tat: oratores mittit: se uelle obtēperare tāto pōti
 fici: uerū enī uero nō posse pugnare: at ille parato
 igēti exercitu p̄fligare ducē enitit: utriq̄ pugna
 tur: subest magna manu pōtifex: Et dux Laurētis
 us: Frācisus Maria: domat picenū: subigit um
 briā: infestat perusiā: defendit regnū: o admirādū
 ducis ingeniū: parua manu: sepius p̄fligat hostē:
 desperat Leo salutē: ne deterius fiat: sub aēto Lau
 rētio: Et eo fere interēpto ut q̄ uix euaserit uitā:
 plurimis ad impialē collē cesis: cū duce p̄aciscit:
 ne ultra p̄grediat: pacē promittit: eū: Et suos oī
 piaculo expiat: tutum reddit: clā tñ: insidijs Va
 fri hispani q̄rit uario thesauro p̄misso iterficere.
 Eufugit insidias: inebit Nō in pōtificē cui semp ut
 uerus crislicola obediūt: sed in medicen exercitū
 cui fauebat: eq̄s uiribus eodē ardore aīorū res ge
 runt: inuitus tādē pōtifex maximus ne superari
 uideret a sibi impare p̄ricipe obsecrat dux ab in
 cepto desistat: breui se illi redditurū Regnū: dux
 obtemperat: ip̄e uero immemor promissi: se uen
 do non ignoscendo regnat: Et ducem titulo p̄ri
 uat: Et op̄e: crudeliter indeditos populos: inter
 spem Et metum suspensum animum habet: delet
 Urbini muros: Et aliarū urbiū Vastas inde solli

Versu
 cia pōti
 fici: ind
 cem.

Ingeniū
 ducis.

Dux fu
 it semp
 Romā
 Senatu
 uerus fi
 lius.
 Prodi
 dux ap
 tifice
 Crudel
 tas pō
 fici id
 cem.

ulchra
sententia.
Principis
tura pro
populo
& Re-
gno.
Dei ul-
tio p ue-
roet chri-
stiaō du-
ce Fran-
cisco ma-
ria.
Lex nac-
ture.
Clarado
mus me-
dices.
Quo re-
cepit re-
gnū dux
mortuo
leō: pō-
tificema-
ximo.

tudines facit: nō sociali cōgregato exercitu p mul-
ta bella magna q; sepe usu fuit: non usus exem-
plo maio-um: qui rem romanam augebāt: uictos
in ciuitatem accipiendo quibus & materia crescē-
di per sūmam gloriam suppeditat: certe ut Lini-
anus Camillus ait id firmissimum longe Imperiū
est quo obedientes gaudēt. Sed maturo opus est:
quicquid statueri placet a populo q̄ primum cur-
ram absolui oportet ne timeant. Sed ament prin-
cipem & illorum animos dum expectatione stu-
pent: seu pena: seu beneficio preoccupari: quod ga-
euitus rei minime probauit & quia & deorū nu-
tus: & celorum confluxu cuncta domari necessum
est: hinc q; omnium rerum dari uicissitudinē uide-
mus: Laurentius cum cōiuge & prole ab eo susce-
pta moritur: Alphonsina mater paulopost exire-
mum diē claudit: duos annos Seniendo. Leo. e su-
peris discedit: quo genere mortis: ipsos etiam cly-
nycos uel peritissimos latuit: quoniam nature le-
gem nec deus: nec Christus deus ipse humani ge-
neris reparator destrui. Sed seruari cupit quod ti-
bi non uis alijs facere caueo. Non iniuria quidē
sit medices clarissime domui dei fere prese maie-
statem ferenti. Sed quorūdam malo consilio id fa-
ctum & iniuste factum fuisse dixerimus: placuit
inde deo: audita morte pontifici: Franciscus Ma-
ria p̄ tuus clarissimus cōgregato paruo exerci-
tus fretus populi amore recipit regnū magno om-

nium plausu: gaudio & letitia dat malateste: &
oratio Germanis Inuictissimis ducibus presidium
pro expugnanda perusia: aqua & ipsi interfecto a
pontifice eorum parente Ioane Paulo credenti teme
re pontificis lris. Cui fidem dederat ne timeret mor
tem profugifuerant: qua facile potius ex ea triu
phat O ingentem animi magnitudinem o inuicti du
cis Vires: augustus septenio urbem capit: dum lu
cium Antoniū insequitur. Huic uero biduo uictoria
de tanta urbe data est: Camerinū facile capit:
a quo expulso nepote: ciues subito deficiunt annue
res patruo duci pontificis genero: Hic uero presidi
is dispositis per recepta oppida: aduersus fluen
tinos: qui marachium uallabant: bellum parat: qui
pulsati timore pacem petunt: absente pontifice cymi
bro nuper creato nec dum triumphante Senatus pun
niceus miseratus & cladem futuram utrinque & iam
pietatem huius clarissimi ducis: quem omni iure fas est
cesserunt in regnum reponi: Precipue quia uidebant
in italia nec esse: nec ad multa secula fore prestatio
nem pro tuenda: & Re Romana: & tota italia:
quo decreto prefectum & proconsulem eum agere
perpetuo uoluerunt Romane urbis & ecclesie exer
citus: quod & diis auspiciis effectum est: Ecce mi
princeps quale te nobis deus dederit breuibus ex
posui: quare deum optimum maximum obsecro: ut te
tale quales tui parentes sint: nobis prestet: ut hoc
nis omnibus operibus assidue possis: auxiliūque afferre:

Dux as
sequitur
magna
glia ca
pta pusi
Et cam
rino
Proditu
nepos du
cis: uen
tu filius.
Dux pu
gnat ad
uersus fl
tinos in
ste: pi em
eo copo
nunt pace
Dccer
nit sena
tus pun
ce^o Fra
ciscum
ria eccle
Ro. pp
tuum du
ce uita
gestis.

**Spes Po
licarpi
In prin
cipe.**
ut & illos: & cunctos mortales: clarissimis virtu
tibus superes: In quo uno: omnē spem meam: &
emolumentis: & dignitatis: ita constitui: ut nihil
mibi defuturum: q̄ diu uiuas: existimem: quem fle
xis genibus exoratum uelim ut hoc opusculum:
quod tue perpetue memorie dicaui Serena fronte
suscipias: libellum scilicet cui est nomen feretris
a claro tue domus cognomento: inspector: non tā
tum muneris q̄ cordis: & mee sempiternae mi prin
ceps in te seruitutis officio. Vale mi prestantissime
mecenas: presidium: & dulce decus meum: & toti⁹
Italiae Vnica fenix: Callij. V. Idus Aprilis. 1522.

¶ Argumentum Trium Librorum

Applaudit primus puero. puerilibus ausis.
Ad superos muse mittuntur quippe secundo
Tertius hūc optat per fundi Rore sereno.

MA. IO. POLICARPI SEVERITA
 ni: Sibenicensis: Dalmatæ: Predicatorij: ad Il
 lustrem Principem Guidobaldum Rueriū
 Castriduranti Comitē Illustrissimi &
 Inuictissimi militie ducis Urbini
 Frāncisci Marie filiū Feretreidos
 Liber Primus.



Vos precor Aonides: sacras mihi fer
 te coronas
 Cingite fronde comas lauri: per tem
 pora laurus

Laurus eat: Nam dulce cano per secula nomen
 Nomen & eternum: Quo nec mihi clarius unq̄
 Exiit: aut orbi: q̄ quod tenet aurea proles
 Francisci Marie natus: Guidobaldus alumnus
 Principis egregij: quo non uel fortior armis
 Vel fuit ingenio: decorans feretria sceptrā
 Hic est urbini dux: hic super ethera notus
 Hic uultu placidus: populis hic fronte benigna
 Imperat: ut cupiant nemeo monstra leoni
 Cognita: sceptrā ducis tali considerare terra:
 Atq; ea: quaq; diu memoratur bellna lerne
 Improba: Niliacis populis memphytica tellus
 Quos alit: aut gāges: rodope glacialis: & herm⁹
 Te themis hic coluit: probitas te: cana fidesq;
 Maria Franciscus: princeps: Regumq; ducumq;
 Gloria: conseruat: quo fit q; carmine nostro

Inuocat

Propōit
 simul.

Laus il
 lastrissi
 mi duci
 Urbini
 Frāncisci
 Marie.

Quibus
 uirtuti
 bus orna
 tus dux
 iclytus

Et uestro auspicio: natum super æthera tollam
Et fati huius: Quo celum: terraq; plaudunt
Enotriq; duces gaudent: pancaica tellus
Cui fiat tura dabit: cui cynama querit & indus
Raraq; prepulchro cui munera parthus & offert
Qui thyma seurorem: uel. qui meliloton amarūt

Poeta a.
plausus
pro prin
cipe.

His & ego ipse sinum pueri complere uidebor
Floribus: Et Rubeis caput huius cingere pulchra
Serta gerens si me inspiciet puer almus ocelis
Preclaris: quibus annuat: & mihi: talia dicens
Incipe iam uates: & iam cane: nãq; sanebo

Narrat

Ipsè tibi: & fiam post officiosus amicus
Et quia sic fiet: cocco uel murice tinctum:

Poeta
gaudet.
q; prin
ceps qui
dobald⁹
fit natus

En probote Cesar Gaudete & sidera: celi
Cunctaq; letentur: quecũq; sub orbẽ uirescunt
Ethereo: noua nam proles surrexit. & orbi
Aurea secla dabit: Cesar ioue digna propago
Clamet. io. quisquis seclorum gaudia longa
Cernere qppe cupit: genus alto a sanguine diuũ
Ecce datur princeps: tantarũ gloria rex

Aq; stir
pe orif.

Gonzaga de stirpe tibi Gonzaga propago
Felix quippe diu: nũq; felicior etas
Exitit huic mundo tibi uel nunc umbria clara

Libertas
urbina
tũ et um
brie po
puloꝝ.

Cui noua progenies celo demittitur alto
Alta dodoneo spectabis stemmata colle
Vrbine gentis longas hoc exige messes:
Hoc te pulchra manet libertas profuga uestris
Enotrijs oris geticisq; furentibus armis

Hoc grauis in sicco sternetur puluere ubiq;
Ipsus erix: poterit nec ducere cacus in antra
Iam pecudes: lybice quo iam ceroma palestine
Perfectum inspicias: triplex pastoris hyberni
Pugna diu stabit: longoq; sub acta labori
Infando: miles nec corrumpetur auarus
Auro: quo sacre preciosa silentia linguae
Vndiq; prosternunt mortales tartara ad usq;
Hic sapiens: hic prudens: & pius: omnibus extans
Laudibus heroum claros cumulabit honores
Pro uobis populis umbris: qui moribus almis
Clara iouis soboles: quos ducet culmen ad altum
Consilijs: & Marte fero tolletur ad astra:
Hoc & crede mihi duras calcare procellas
Quisq; pius poterit cuius moderamine culto
Diuitias: fastus: humanaq; regna beabit
O utinam proceres: puerum mihi credere in euu
Fata darent semper: cui culta poemata chartis
Hystorijs q; implerem: Nam solatia prebet
Ipse mihi princeps: solus fauet ipse cadenti
Erigit: & solum: quanto mihi gratia maior
Illo fiet: tanto clarior omnibus ipse
Ipse deus Vatum: mortales luce tenebras
Augusta soluet: mortalibus omine sacro
Credite: quod refero bellantum e quare calores
Hic puer audebit: Rodanica uertere castra
Ducere & in gentes lusitanos inde paratus
Euganeas noscet strages: huic arma: tubeq;

Erix: &
cacus la
trones.

La⁹ amo
rib⁹ illu
stris pri
cipis qui
dobaldi

Aurea
etas.

Mox addeunt: Mesti damnū irreparabile mundi
Soluet: Et hic priscos ueluti reuocabit ad annos
Italiae populos: nobis spes: ultima: nobis
Feretriæq; domus decus imortale manebit
Respiciens prolem ausoniam: laudesq; suorū
O decus hesperiae puer. o. mi clara propago
Clara deum soboles: o mi puer inelyte princeps
Vera referre placet: superis equatus honore
Humano fies: Terrarū rector & inde
Compones pacem populis: longosq; futuros
Deijcies: mihi princeps: tot non: passus & ultro
Oblatas gentes: seruabis fidere dextro
Imperioq; tuo: cito seruiat ultima thule
Hoc precor ut faciat summi pia uirgo tonantis
Maria mi princeps: tantosq; ostendat honores
Dum uiuit uates: folio fortuna superbo
Erectum sic te: uel nullo crimine famam
Inficiat: sanctumq; decus det tempore longo:
Quæso parue puer: cui nunc risere parentes
Quo gaudet mundus: proceres: sanctiq; quirites
Saltant: Et tribuunt: tibi iam diademata Romæ
Respice me uatem: qui te nunc prædicat olim
Nec uagire uelis: duplex diadema paratur
Ecce tibi quia: iam: iam: celsas temperat arces
Tarpeias tua uirtus: mi puer inspice uatem
Despicias nec: quem nunq̄ spreuere parentes
Nobilitas sub amore iacet: cui candida uirtus
Est comes: æternum te duratura per æuū

Italie
spes.

Poeta
blandif
puero
picipi.

Poeta
deside/
rium.

Cupit ut
fiat ro/
manus
cesar

Poeta
sua.

Quāuis te puēre uoco: tu tamen omnibus es par
 Gentibus ingenio: quo uirtus ipsa renata est
 In cuius uagis mi princeps: & tibi pallas
 Seruit: pbydiaco cælo: cui forma deorū
 Est data: qua iuno seruare cubilia curat
 Matris quippe tuæ: qua iam per sæcula longa
 Clara pudicitia coronantur tecta domorū
 Huic metabis cedet generosa stirpe camilla
 Cortice seruatam: genitoris & arte diana
 Quam sibi decreuit famulari more pudico
 Vestalesq; intrare lares: cui nulla pharetra
 Defuit ut sciret: quid posset cynthia uirgo
 Saltibus ideis uenando figere ceruos
 Dux anchysiades: quo nouit fortia tandem
 Pectora: qua cecidit uel sancta mente chorebus
 Vulnere letifero domuit quam lege sinistra
 Fatorū: castmilla tuæ noua amentia mentis:
 Magnus arons quōdam troiano sanguine crætus:
 Hæc est uirgo pia: & uiuæ uirtutis imago
 Hac Gonzaga domus tolletur sidera ad usq;
 Regia nāq; tibi seruat uestigia mater
 Vult hæc & astagiam: rabiem: arpagiq; furorem
 Ausugere ob cyrum: mediæ: lydiæq; triumphum
 Quem thomyri mansit: nulli exorabile limen
 Mortis: nam scythicas cupiebat sternere gentes
 Nec mirere tuæ genitricis gesta pudica
 Aurea nāq; sibi pendent collocasia collo
 Candida quāq; manebit uestis iaspide semper

Pulchri
 tudo pri
 cipis pue
 ruli.
 La^o illu
 strissime
 mris pri
 cipis.

La^o a p
 genie: il
 lustrissi
 me Leo
 nore.

Castalij & laticis custodes ordine longo
 Prospiciunt genitricis: q̄ sit forma pudica
 Hanc & collatinus amans ueneratur ubiq;
 Cui nunq̄ pulchra respondet imagine lygdos
 Penelope seqtur: sequiturq; hanc claudia strages
 Virgineæ uenerandus honos: & theutona proles
 Virginibus gratam matrem maiora merentem:
 Liliolis ornant: archo: theosena pudica: &
 Tucia uestalis: nullo corrupta pudore
 Magnus honestatis decor: & sibi dido phalanges
 Exoptat uatum: qui talem ad fidera tollant:
 Non minus herfilie castæ mens undiq; plaudit
 Indigetem factura deam: mundoq; uerendam:
 O te fœlicem tante genitricis honore
 O te fœlicem tali de sanguine cretum
 Fœlices qui te talem genuere parentes
 Et ut uera feram paucis ego cuncta resoluam:
 Est genus a proauis lyguro de sanguine pater
 Iannes prefectum quem diui numine firmant
 Huic genitor Romane gentis & undiq; fulgent.
 Dimensi clariq; duces fredericus & inde
 Offertur superis guidobaldus secula longa
 Carmine meonio uicturi sidere dextro
 Ductores clari: ferro quos aspera martis
 Pugna uocat uolitant auro: atq; : ostroq; decori
 Pontificū celebranda domus qbus ethera fulgēt
 Qui cælum. terramq; regunt: qui tartara solunt
 Systus erat celebris: puraq; in ueste sacerdos

Illustris
 sima lion
 nora ex
 cellit fe
 re omnes
 mulieres
 pudicis
 tia.

Illustris
 Lionora
 indiges
 dea.

Poete
 admira
 tio.
 La^o illu
 strisimi
 ducis ur
 bini Fr̄a

Gloria pontificum: magne spes altera Rome
Iulius hunc sequitur terram: mare: sidera tot: quens
Sancta pudicitiae uirtus: specimenq; bonorū
Extitit huic genitrix aqua dux inclytus exit
Sidereo splendens clypeo: et caelestibus armis:
Et ne te afficiam tedio nunc mi inclyte princeps
Spes mea: spes regum: et natū suprema uoluptas
Dum mea castalio perfundam labra liquore
Pierides: paulum: ne uagi: clara propago
Ipse tacere uolo: ut te ninent ordine pulchro
Cantantes: pia corda tui: clariq; parentes
Utq; ligent tenerum corpus complexibus artis
Paruulus interea sit suges ubera matris

FINIS.

MA. IO. POLICARPI SEVERITA

ni sibenicensis: Dalmate: p̄dicatorij: Ad illu
strē principē Guidobaldū Ruerium:
castridurātī comitem: illustris
simi et inuictissimi militie
ducis Urbini Frāci.

Marie filiū fere
treidos.

Liber Secundus.



Laudite thespiades: celebrem uina
cis oliue
Ferte ramum: noster: curae quibus est
honor olim.

cisci ma
rie a pro
genie.
Illustris
p̄ ducis
rome p̄
fectus.
Frederi
cus dux
Guido
boldus
dux.
Sylus
p̄tifer

Iulio p̄o.
Max.
Poeta
applau
dit.
Puerulo
principi

Inuocat


Heroum: uatumq; pius: uos pace serena
 Aspirate mihi: diuina poemata uati
 Nunc date: nunc quibus hic meritos nunc plis honores
 Numine pierio referam: quo candida uirtus
 Quam fuerit piero ducis ex hoc sanguine creto
 Vos precor: et misæ uobiscum namq; ego solus
 Credite: deficio et medijs uox faucibus hesit
 Usq; huc subtrici: in cinis ne paruulus algens
 Vagiret ueluti prius: et quia dulcia dantis
 Oscula: iam suxit genitricis hic ubera clare
 Secum pauca loquar: puerilibus edita uerbis
 Vos quoq; conueniam: misæ mea pectora semper
 Pectora laurigero redolentia quippe liquore
 Laudibus hunc celebrate pijs: fontesq; replete
 Cantibus aonijs: regem ueneramini et olim
 Venturum italiæ populis: plaudente senatu
 Romano: uiduæ hic reparabit mænia romæ
 Sacra diu: rex dominos placabit et ipse
 Ducite iam choreas: parnasia per iuga uobis
 Personat aurata cythara phæbus: puer atq;
 Terræ dominus: non fleuerit: atq; ego secum
 Etherei super astra poli: audiar ipse canendo
 Vos scitis: q; iam multo sudore parata
 Virtus spretaiacet: cunctisq; repellitur oris
 Nil ualet: heu: dura super rariet ardua montis
 Saxa: et supremum crudo sudore cacumen
 Proh dolor: heu pietas: proh tristias fata deorū
 Vati bus omne bonum promittitis: atq; quietem

Veram: sed quid ego dicam: clamoribus implens
 Etbera: tartaries summens & pocula Rippis
 Spernuntur docti: dices monstrantur ubiq;
 Quanto quisq; datur melior: tam peior habetur
 Quiq; datur peior: melior datur ipse nocenti
 Pulpita continue qui implent clamoribus istis
 Vestibus est honor: excellens est gloria nummi
 Precipites fiant: qui nunc contendere cliuam
 Aonium cupiunt: nullo solamine grati
 Per nemora errant hii semper: requiemq; petentes
 Carmine ad astra duces cupiunt extollere: & altis
 Equant fideribus delusi carmine pulchro:
 Antra petunt: damnant postremo tempora lauro
 Immo nec minimum quis uatibus obtulit assem
 Lurida sit uestis uobis: extollite olympo
 Heroas uestros: ferro: belloq; potentes
 Sit mihi pulchra uenus: sint nati: nullam inerue
 Gaudia sint nobis: iuno sed clara tonantis
 Et soror: & coniunx faueat: quia sepe solebunt
 Atria pontificum: & regum per pulchra uideri
 Vera loquor uates uobis: qui ponere ad astra
 Tecta uix cupitis: mortalibus apta feretris
 Diuicias fatui spernunt: & panis e gentes
 Undiq; mendicant spreti: strata aurea lectu
 Mirantur: fului orbati custodibus auri
 Quare querite delicias animi: impia & antra
 Spernite parnassi lauros nil panis e genti
 Credite nil prodest: pauper fuit ipse homerus

B iiii

Poete
sua.

Quo in
 docti sp-
 nunt do-
 ctos.
 Poetaze
 miseria.
 Indocto-
 rum dul-
 cis uolu-
 ptas.
 Diuitia-
 rum laus.
 Male sp-
 nuntur
 opes.
 Irrisio
 poetarum.
 Et docto-
 rum homi-
 num.



Mendicant uates: mendicat tristis ubiq;

Maro Pauper erat maro: ueh: Gelidis datur ipse thecmitis

Naso tuus pauper: superas euectus ad auras

Ouidius Carminibus mulcere suos: qui sepe solebat

Reges: atq; duces: sceleris damnatus ab ipsis

Ouidij Occidit & nitidis se tandem condidit astris

mors Quid dedit olim: dic mihi docta verona catullo

catullus Quidue suo tribuit tybullo Roma superba

Tybull⁹ Tristis aquinas lassabat sua brachia planctu

Pauperie pressus: latis menania campis

Iuena. Nil prodesi uati proprio: quondam tibi coce

Marcia. Domicianus erat cesar: deceptor amicus

Et plauto humentant oculi: lachrimis sibi naq;

Plautus Noxia tunc uirtus uitam: panemq; parabat

Oēs poe Mola per assiduas noctes: & pectora lassans

te pau/ Lux erat: heu clamans: uirtus ubi: laurea uirtus

peres. Serta tibi profunt: quare contendite uates

La⁹ oli Spernere castalios fontes: & amena uireta

Augusti Parnasi montis: quia dyphis illa uirescunt

& mece Postremo referam: q; nunc pro carmine uobis

natis. Mecenates non sunt: non datur amplius ille

poete do Augustus cesar: qui clara poemata sanxit

lor pro/ Dixit: uera quidem: quis sint ore prophano

pter con A felicone uiro uerba impia uatibus aucta

uicia q; Iam pridem memini superas ego munera uestra:

mali ho Purpureos penetrare lares: regumq; ducumq;

nis infe/ Atria quum magno curarq; fluctuat estu

runt. Mens mea: sepe fui blandus pro laudibus istis

Carminis auspicio: exclamans succurrite uati
Viuerenāq; decet: delusus deinde recessi
Qua de re exurio miser horū interq; clyentes
Atq; etiam uilles: offas: micasq; cadentes
E mensa exciperem: ut faciunt pleno ore catelli
Edibus in medijs uatū: est dolor: hei mihi: quare
Gredite: credite: pierides ego uera fatebor
Maior amor numi est nunc: q̄ uirtutis ubiq;
Carmina nulla placēt: nō sunt nūc tēpora prisca
Non sunt romani proceres: quorū omine uel nil
Imperium fuerat: nisi sola poemata uatum
Scipiades fertur statuam imposuisse sepulchro
Quippe suo uatis Rhodij: qua uiuere posset
Ditauit cēsar uates: ditabat ꝑ ille
Mæcenas fautor miserū: flaccum: atq; maronem
Fouerat: unde sibi decus: is dux omne parauit
Mæcenas: mecenas: uos memorate poete hoc
Nomen ad astra ducis: cuius tegat ossa minerva
Cum casia: ꝑ cineres: sibi uiuant omne per eum
Carmine uiuebant clari uates prius: at nunc
Ingenio musæ: mihi credite gratia nulla est
Quare opplere licet: lachrimis: multisq; q̄rellis
A onios colles: tanto magis heu. quia: nulla
Viua meos: unq̄ est uirtus miserata labores
Est peius: q; nunc miseros nunc impia corda
Dilaniant uates tedio uirtutis amice
Castalides mea cura quidem: nam sola maligno
Heu delatorij: hoc animosa superbia surgit

Magna
poetarū
calamitas.

Poete
pulchra
sua con
tra ana
ros.

Princi
pes ut si
ant imo
mortales
deser
bēt faue
re uirtu
ti.

Pri^o poe
te p̄mia
bāt nūc
non.

Heu: heu: cuius quum poterit uirtute uideri:
Haud bonus: haud doctus: spernendo: sidera tãgit
Improba lingua bonos famæ exitialis amore
Alterius dono: aut odio corruptus: & inde
Assumunt fatui famam: per fasq; nefasq;
O mundi impietas sceleratis dulce uenenum
Carpere famã hoïum: quæ nũc sine crimie possunt
Expleri: illicitum est homini fraterna necare
Viscera delator: tibi dum uis laude superba
Querere pre insanos uite presentis honores
An nescis: q; nolunt hæc te sancta tonantis
Iussa dei facere: ut ueterum de more parentum
Insanus fias: nãq; est deiecta poloꝝ
Vertice: & a summo olim dira superbia crede
Displicet hoc uitium superis: atq; oïbus: his qui
Nolunt pestifero comitari turbine ad umbras
Tartareas: uel uanos ambitione parari
Fastus calle sibi illicito: uel pegmata celsa
Cõstitui: in laudẽ bec hoïum: mala p̃mia sũt bec:
Hoc fit ab illis qui nunq̃ parere tonantis
Preceptis uoluerẽ pijs quos nulla remordet
Cura uel hoc uitium: sceleris iactãtia tanti
Te ipsum excrutias: & tu tua pectora rodis
Prosperitate gemens fratris: teq; acriter angens
Ira tibi causa est: qua exoptas crimina nosce:
Falsa tui socij: quibus huic maledicere possis
Corde uel ore tuo: uindictam queris & optas
Scandala q; ueniant: quæ sunt odiosa tonanti

Quã sit
ip̃iũ car
per̃ alio
rum fa
mam.

De⁹ non
uult q;
mali no
ceãt bo
nis.

Qr̃ sup
bi ñ pla
cẽt deo.

Que pe
na ẽ ma
lorũ qñ
nocent
bonis.

Summo: detractor comitis: mihi crede susurro
Hæc scio: cur fiunt: quia dexteritate maloꝝ
Torpens appetis illicita: & tibi praua retentas
Præua per assiduos mores: & crimina laudās
Proditor ipse tui: uatum bonitatis & expers
Qui fugiunt male sana uix consortia semper
Fedam: qui ingluuitem uentris nouere nec unq̃
Assiduis curis studioꝝ dicere fas sit
Non hī luxuriam cupiunt: non carmina amoꝝ
Nec uates soluunt per turpia uerba pudorem
Nam decet esse pios: castos decet: atq; poetas
Spernere quæ exoptat semper uesana libido
Hi sed quando datur: q; scribant turpia uerba
Hoc fit: q; caute carpunt mala tempora uite
Ergo inuerte tuam trutinam miserabilis auceps
Virtutis dum fuluo te nimis implicat auro
Ambitione fera: uitæ male sana libido
Quod nisi tu facies fies decliuis ad ipsos
Manes precipiti tendens in tartara cursu:
Nescio si uagor incassum: dixi hec tibi nāq;
Pierides uolueret mee q; talia dicam
Pierides mea corda q̃dem: mea summa uoluptas
Quas ego tollere ad astra uolo: nunc teq; relicto
Conueniam: puero faueant per nestoris annos
Ite cite caste: & meritos date semper honores
Huic puero: ne uera loquatur bardulus atrox
Verbula: que audistis nūc: nunc ex ordine longo
Soluite nunc tristes furue caliginis umbras

Mores
malorū
hoīum.

Mores
optimū
poetæ.
Q̃r̃ poe
te scri
būt q̃nq;
turpia.
Finis
malorū.

Finis bo
noꝝ
Progres
sus mi
sariꝝ ad
Iouē: ut
descen
dat p̄f̄
deꝝ pue
rum p̄i
cipē ro
re sacro:

Mentibus esatuis ostendite q̄ pia virtus
Tollit ad astra uiros p̄mittens culmen ꝙ altum:
Celoz dat: q̄ que hec inclyta premia diuini
Nō sunt: o mea cura dee: o mea magna uoluptas:
Absint pro puero diuturna silentia nobis
Ite cite ad superos ꝙ dicite clara tonanti
Verba: q̄ ꝙ uenit nunc nūc crenitus apollo
Urbium: perfusus pia membra puelli
Rore sacro: in quo sint sibi fata per hemina: mētis
Virtutisq; pie: qua uos puer inclytus ornet:
Ipseq; dignetur nostros celebrare penates
Cantando interea defessus: labra liquore
Ipse ego perfundam aonio: uos ipse manebo
Nec tangam cythare crepitantis pollice cordas
Vos nisi cum uates uenientes ordine pulchro
Viderit: atq; ducis coronantes aurea tecta
Aduentu superum: subito que talibus ausis
Discedunt: uatemq; suū tacite inde relinquunt.

FINIS

Ma. Io. POLICARPI SEVERITA
ni: Sibenicensis: Dalmate predicatorij: Ad
illustrem Guidobaldum castriduranti
comitē illustrissimi & inuictis
simi militie Ducis Urbini
Frācis̄ci Marie filiū
feretreidos.
Liber Tertius.



Alia secretus quam nostra mente re
ferrem:

Continuo sese nostris pulcherrima
uisu

Obtulit hic oculis uenerando & pectore uirgo
Virgo ignota tamen speculor quam talib⁹ atq;
Alloquor: hæc eminus tardis se passibus offert
Quis petit aonios colles: quis hæc hostia pulsat
Laurigeræ rupis facies mihi cognita cuius
Mox fuit: & cominus sibi pauca referrem
Fert animus. uirgo: decus & spes unica nostrum
Euterpe ueneranda mihi delecta soror
Venisti tandem celor⁹ cardine ab alto
Sola es: dic ubi sunt mihi: cetera turba deæ
Non ne cito uenient: que nobis talibus infit
O uates uenerãde mihi sunt ad Ionis alta
Teçta dei: uenient cito: cui sic ipse repono
Meonio celebranda diu clarissima uirgo
Vera refer nobis quibus es comes atq; fuisti

Quid fecere mee mea dulcis cura sorores:

Ad superos dic musa precordia omine sanctorum:

Euterpe Principe pro nro: ueniet ne huc summus ab alto

ad poe/ Iuppiter oipotens celo: que talia soluit

tam. Iuppiter oipotens celo descendet ab alto

Cui⁹ fue Rore leui & pueri perfundet fronte serena

rat uir/ Ipse deus: deus hic magni moderator olympi

go ma/ Virgine apelleida natus quem lege superna

ria. Præbuit ut mundo: nullo remerata pudore

Leonor⁹ Ipse cito ueniet care genitricis amore

pudici/ Que leonora sibi placuit nam mente pudica

tia: cōiu Nati huius genitrix uidit quoq; ture sabeo

gis du/ Libauit superis uenerans pia templa deorum

cis. Sola ego nūc ueni: ut referam tibi q; cito celsus

Celsus ab æthereo ueniet deus ordine diuum

Ultima spes mundi huius duratura per æuum

Horta/ Principio uel sine carens uel tempora nulla

tio mu/ Noscēs descēdat magna comitāte caterua

se ut poe/ Sit tibi parta lyra aurata: hāc ut pectine eburno

ta letē Percutias uates: quum uenerit ille salutis

aduentu Auctōr & ipse deus: sine quo nil uiuit in orbe

Iouis: p Quūq; tibi dicam: solers tunc sume canoram

principe Sume chelym uates cantans ad sydera: tecum

baptizā Intonsum tibi mox phebum: dulcesq; sorores

do. Principi ut applaudant: diuino carmine uatum

Phæbus Ipse uoca: tyrio tu tunc e murice tinctus

intonsus Et quia te scio me petiturum quid sit in illis.

Oris egregium: dicam quod nulla referre
Lingua potest: quæ sint celorum gaudia magna
Que deus eternum dedit: his qui corde benigno
Assidue seruant sacræ precepta salutis
An credis quæ ibi reptat uesana libido
Mortalis uite: non sed discrimine magno
Inter se: contendunt diuum numina: et huius
Ingluuiæ lucis: mentisque hebetudo proterue
Subiacet hic mundus peregrinis rebus: et omne
Quod domitat phebæ radijs: soror atque diana
Permanet inconstans tandem: finemque reponit
Causa huius datur hæc: tempus namque omnia uergit
Aut credis: quæ ibi sint ditæ numina nigri
Aut sit tartareis tellus decorata uenenis
Dira uel horrifera ornata hæc terra figuris
Regio quippe micans flammis et sulphure seta
Horridus hic premeris semper dolorose typhææ
Encelademque suum uoluit furibunda cathenis
Etna diu: ex se: queque uomens ardentia saxa
Gerionem quatit heu spumantem e gutture flamas
Qui phlegetontæis summunt et pocula ripis
Hinc ut perpetuis implent clamoribus orbem
Eumenides seu quibus est committere leto
Cura uiros: qui non seruarunt iussa tonantis
Hic est fulmonens: terre hic titania pubes
Hic sunt aloydes: et tycion cui uultur ob unco
Euorat imortale iecur rostro isque sub alto
Pectore se firmat semper cui nulli renatis

Apud ce
licolas
nulla tri
stitia est.
Natura
huius mundi
di.

Inferorum
misera
conditio.

Est fibris requies: medee est atq; impia sortes
 Sulphureos fontes sedans: atq; horrida prata
 Hic sunt & iaphyte infandi: tytion: & pyritibous
 Infœlix theseus: districtus pendet in istis
 Sulphureis terris: phlegiasq; miserimus hic est
 Sisyphus: & nasti: uolvens onus: hei mihi saxi
 Expectat scelerum penas formidine mirra
 Lastenes: & curio: cynaras est: atq; thyestes
 Qui hic flendo ducunt uitam: per aquosa nocentū
 Nubila: clamantes: fugiunt hic sidera nostrum
 Aspectum: miseros hument in flumine flamme

Trāgrēs
 fio decē
 p̄cepto/
 rum.
 Nō assu
 mes no/
 men dei
 in uanū.
 Sabba
 tum obr
 serua.
 Parētes
 honora.
 Nō occi
 des.
 Non sis
 mēdax.

Exurunt nos: & tu tantale false minister
 Deridens superos merito stas ordine in isto
 Hic sunt qui in uanum diuinum sumere nomen
 Audent: & faciunt sanctis seruille diebus
 Quiq; pios nullo uenerantur honore parentes
 Et nece qui seua cui uulnera: quiq; patenter
 Nititur inuētutum stupro uiolare pudicas
 Vxores: quocūq; modo: uel praua cupido
 Infestat quemq;: faciens damnum: ore: manuq;
 Siquis erit mendax: aut seditiosus ad umbras
 Atq; ibi incurrens laudis mala premia uane
 Prosperitate gemens fratris: seq; acriter ugens
 Ira furor breuis at cui: talia mente reuoluat
 Ne incidat in tenebras torpens auriq; minister
 Hec loca nūc caueat: semper te & p̄xima syrte
 Ingluuias uentris: nulli laudabilis unq;
 Perpetuo damnant uates: qui celsa tonantis

Tertia



Teſta uolunt habitare diu: & poſt ſidera clara
 Cernere: quiq; malum temnunt te parue Cupido
 Cerberus hic latrans. uasq; uoraginis auceps
 Irruit in miſere ſeculi qui captus amore
 Dulcibus in uicijs monſtrant: ſeq; ſuosq;
 Eſt uia tartarei que fert phlegetontis ad undas
 Obſcenas ſquallore charon: qua ducit inertes
 Terribilis uifus: quibus: aut auditus ubiq;
 Exiit in peius: q̄ conditor ille ſupernus
 His dedit: ne quando animi uiciatus odore
 Iucundo: pauper ſis preceps: heu mihi ſemper
 Ne dicas: nec fit tactu: irritata libido:
 Iudicio extremo quondam exquirenda tonantis
 Certe pauperibus tibi fiant: atq; puſillis
 Septem opera: & noſcas ſtimulos ſufferre nocētū
 Diſce diu mi Vates: longa & tempora uita
 Que pia diſcuſſi uero: atq; examine mentem
 Inſpice ut eternam fugias per ſecula mortem
 Hec tibi non ſeruat celi moderator olympi
 Iuppiter ipſe deus: cuius moderamine cuncta
 Torquentur ſemper: Terre: mare: pontus & aſtra:
 Hic ubi nos ſuimus: diuos: ſedeſq; beatas
 Vidimus heroes: generoſo & pectore uates
 Qui muſas ſemper coluerunt carmine pulchro
 Vite horum datur egregium per ſecula nomen
 Perpetuum columen: latiſq; in ſecula fines
 Magna ſalus: magnū decus: his & gloria magna
 Perpetuo durant: eſt atq; ſalutifer annus

Cerber⁹

Quinq;
ſenſus
corpis
& ani/
mi.

Septem
opa pie/
tatis.

Elyſioꝝ
gaudia.
Poetæ
clari ſū
apud d:
um.

C



Eternum uer: maturo: ibi tempora fructus
 Condēfant superis: uiridantia gramina sunt hic
 In quibus exercent ludos: ubi fraude remota
 Quisq; suo gaudet: nec sunt hic tristia bella
 Nec funesta dies: uiridi cum palmitē uites
 Dulce affert mulsū: sudant opobalsama semper
 Hic salices lente: sunt hic noua nascitur alnus
 Sunt liquidi fontes: sunt & panchayca rura
 Sunt uolucres patulis cantantes carmina ramis
 Dulcia per uarios mirre resonantia cantus
 Libera simplicitas: nullis obnoxia curis
 Dirigit heroas plaudentes uocibus altis
 His dulcis requies: his est & pura uoluptas
 Hos quoq; sine fine manet gratissima tempe
 Luadaq; ethereo: phæbe splendescere mundo
 Cernitur: & phæbus ludo residere uirenti
 Exoptans fulget: semper saltante chorea
 Naiadum cetu: sapiens quibus orpheus ille
 Personat aurata cythara cum pectine eburno
 Et satyri: driadesq; suum peana canentes
 Applaudunt superis: quis hoc esse beator euo
 Concupiet: nullus uicturus tempora longa:
 Omnibus his diuis summi moderator olympi
 Presidet in solio fulgens trabeatus & auro
 Crisolito: atq; alijs gemmis: clarisq; lapillis
 Qualis erat tandem quem dixit conditur almus
 Lingua hoim narrare nequit: nec candida uultu
 Clio gesta canens: aut Vrania superba

Nemo
 unq̄ po/
 tuit nar
 rar̄ inue
 ra gau/
 dia para
 disti.

Nec lauro redimita comaſq; Polimnia nec non
Cætera turba deum: generoſo carmine poſſent
Dicere: quot ſuperi ſint: quot ſint ſidera cælo
Qualia tēpla nitent: que ſint hic turba miniſtrū
Attaliciſ opibus: quot ſint aut atria pulchra
Peſtano uiole quot ſunt: & cana colono
Lilia: pbidiaicis latio de marmore ſplendor
Qualis uel niteat: ſunt hic Iouis ora ſereni
Hic ſuimus nos: nos tua dulcis cura ſorores
Que poſtq̄ uenerunt ad Iouis atria celſa
Prona humi proſtrata iacens formidine magna
Nobiſcum paulum reſpirans: talia cepit
Dicere: Calliope conſtanti uerbula corde
Rex optate tuis muſis: nos uenimus ad te
Omnia quæ dicam charitum tibi nomine tradā
Sūme deus: qui cuncta potes: qui cuncta gubernas
Exaudi: reſoue: auſpicijs: & mente ſerena
Concipe: tu ſcis ſumme deus probitatis & alte
Fons ſacer: eximia uirtutis: ſpeſq; ſaluſq;
Veniſti ad nos: ut pulchra ſub imagine nobis
Oſtenſus miſeris: uirtute: & uiribus: & nos
Exornes ſuperum: quibus eſt celeftis origo
Exolue: hijs inuicte malis: parnaſia laurus
Sicca iacet poterit nullo ſe rore foueri
Namq; helyconis honos perijt ſitientibus hortis
Ad quos nulla poteſt ſecure pergere Muſa:
Irruit in mortem omne genus: nec mixta uerēdo
Imperio uatum ſtat gratia: nulla quirutum

Oro cal
liopes ad
Iouem.

Gloria prisca datur nobis: sunt arma: tubæq;
Que nos infestant durum genus: atq; ferarum
Rupibus in uastis degens: qui castra secuntur
Hi sunt nunc hoies: pietas qbus ulla nec hinc est
Nec datur ulla fides: miserum spes ultima uite
Non est casta domus: non sunt hic atria nobis
Hospita uirtutis: Musarum gloria quondam
Non nisi pulchra Venus tetris ueneratur in oris
Nulla tibi laus est: offert nec tura sabea
Gens ingrata deo: nullus uel carminis usus
Stat superis: quare uasti te preside mundi
Conditor: expetimus fiat: q; turba sororum
Exoptat: natus nobis est: aurea proles
Francisci mariæ ducis: ut scis filius almus
Fonte sacro puerum: perfundas conditor ingens
Pensaq; parcarum: durent sibi tempora longa
Ut fiat uirtutis honos: & crimina rege
Irrita perpetuo expellat: casusq; nocentes
Auertat nobis: pacemq; imponere rebus
Utq; diu possit: te tollens semper ad astra
Annuit his dictis superum pater: & cito diuos:
Conciliumq; uocat: quibus ille ex ordine cuncta
Narrat & exiguo: claros in secla triumphos
Tempore: Turba deum parat: ergo dulcia rura
Urbine gentis petat: illuc: qui tua seruat
Limina: mercurius: narret q; Iuppiter alto
Descendet celo: uenturus ad atria diui
Francisci mariæ: narret cui: quæ tibi dixi

Et si dixerit: ignoro loca: tu sibi seruo
Vrbine pulchram uallem mirabere gentis
Colliculis cui culta iacent predulcia prata
Adsunt: frugiferi surgentes undiq; montes
Flumina non desunt: sibi sunt atq; oppida plura
Vrbinum urbs inter pulchros sit consita montes
Vt quam uel rini non magno murmure mulcent
Exiguus undis: liquidis tamen: unde poeta
Vrbanos mores: & munera pulchra deorum
Carminibus placant: armis: cultuq; uetustas
Quem decorat diuum: mulierq; forma pudica
Nunq; quæsta uiri reditus subtollit ad astra
Illuc Mercurius directo uel pede tendat
Conueniens pia tecta ducis cui talia dicat
Felicem cui uita dedit spectare coruscum
Sidereumq; ducem: qui nunc tua tecta uidere
Accelerat: diuum multa comitante caterua
Vt puto filiolum perfundet rore sereno
Talia cum ferret: secum dux inclytus intra
Pluria mente sua uoluebat temporis usu:
Musa cui dixit: uenerando e pectore: princeps
Quid dubitas princeps: opus est nunc uiribus atq;
Ingenio: clices domuisti pectore forti
Vixit erithreos ensis: tuus: unde triumphos
Irruit hircano hesperius cum gente feroci
Littus ad Italiæ populorum strage superbus
Iulius eridani, ripas cum fulminat ipse
Ferrariam exoptans diris cunctare flammis

Gesta in
clyti du
cis urbi
ni.

Dux belli fueras: bello clarissimus atq;

Domat Felsina te timuit: tumidum te crescere tybrim
felsinā: & Vidimus: iniuste leo quoniam te maximus olim
romā: ob Extorrem uoluit patria: regnoq; superbo
stat in fle Multa dies, uariisq; labor: pater ipse deorum
leoni pōs Rettulit in melius tibi: nam fortuna regressum
tifiā ma Mox dedit ut latio unq; nil uirtutis abesset
ximo. Te uirtus clarum te gloria tollit ad astra
Francis/ Ipse ducum ueterum nulli uirtute secundus
cus ma/ Extans nam bello magnum prestabis achillem
ria Dux Agmen agens equitum & florentes ere cateruas:
ubiq; ui/ Picenos domuit tua dextera: uictor ubiq;
ctor. Diceris, hoc narrant populi camerina per arua:
Supat pi Hoc strages perusina canit Malatesta benignus
cenū & Quum patria pulsus: remeabo in glorius urbem
cameri/ Diceret: is quis pbrigus fulgeret in armis
nū & pe/ Ni duce te exuias capiam pulsusq; tropheum:
rusiam. Hostibus eripiam: clarum te numina firment
Malate/ Huic seculo: hesperiae magne spes altera princeps
sta. Cessit martigeno tibi: tunc uictoria: quando
Magna Imperiale nemus cingis fulgentibus armis
laus du/ Est tibi religio diuum: est tibi pectus honestum:
cis frāctis Iustus es: & placide miseris succurris ubiq;
fā marie Magnanimosq; duces prae te fers, in clypeo caesar
Virtutes Sidereo flagras clypeo: & caelestibus armis:
ducis. Nonne tuum poterunt superi perducere caelum
Cyllaron: ipse tuis cedit tibi castor & armis:
Nasceris a superis: clarisq; parentibus: unde

Vertice sidereas pulsabis semper & arces:
 Quare opus est animo: cito nūc cuncta parata
 Parta domus: clariq; duces: celeresq; ministri
 Sint tibi qui tecum ueniant comitariet illum
 Quē celū quē terra: mare: & quē mūdus adorat
 Vellere millesio: ornetur tibi & aula timani
 Lana & erithreis sint uellera picta smaragdis
 Albeat: & paries ebore: & sit gemma fenestris
 Indica & auratum limen: sit candide princeps
 Lilia parthenius post per loca strata uiarum
 Spargat. & assidue sibi sint dilapsa ligustra
 Dum fiant hæc: te expectabo suscipe uires
 His dictis tacuit, placidus cui talia fatur
 Maria franciscus: diuum uenerande minister
 Quāuis non sim dignus: q; me a tecta supernus
 Conditor: ingrediēs uideat: tamē ipse ego seruus
 Indignus: seruabo tanti iussa tonantis
 Ut fieri poterit: cui sit laus: gloria sitq;
 Perpetuo sine fine manens: qui nulla relinquit
 Pectora pura pius: tamen mox ex ordine cuncta
 Implet iussa dei: uarias it seruus ad urbes,
 Urbinum ueniant proceres: & amicus ubiq;
 Qui datur: enotriæ terris: princepsq; comesq;
 Iulius etherco descendens ad axe minister
 Diuum purpureo sequitur quem turba galero
 Ornata: & terre rector: mundi; ruentis
 Pro te lapsa fides: natus de stemmate diuum
 Germanus cæsar: superum & partitur honores

Qualis
 sit ornat⁹
 aule pri-
 cipis pro
 aduentu
 ionis ad
 ipsum.

Humilitas di-
 cis plena
 relligiōe

Congaudens puero tali de stirpe creato
Huc quoq; paphlagonis: ligurum dux: incylus atq;
Callos rex: et gaditanus pannonus huncq;
Sarmata et auratis armis pictusq; gelonus
Marchio bianorens: clarus belloq; superbus
Dux quoq; Ferrarie: forti dux horrida martis
Arma manu quassans: comitantē ad atria tandem
Venerat et grauibus nymphis comitata diana
Parthenopes regina soli: cui nata dabatur
Nominis eiusdem nitido fulgentior ostro
Sorte potens simili diuum de stirpe creata
Hunc tarthesiacis induiti uestibus omnes
Donarunt puere: quibus omnibus undiq; uisis
Maria franciscus cepit tunc dicere: diuum

Sermo
ducis.

Omnes quos uolui: sunt hic mihi sancte minister
Die quibus est opus: aut quo te duce: redimus ultero
Cui deus hec breuibus: nos princeps maxima celi

Paradi-
sus terre
stris.

Porta manet: quo fata uoluit: quo dextra tonantis
Carpere iter uoluit: stans confusus arbore multa
Est nemus: ex quo phœbus flagrat ab ignibus illis
Qui uestros colles: mundum et iuga celsa perurit

Qui sal-
uantur.

Illic ferte pedem mecum: quem casta secuntur
Pectora: sardonis fulgentia quippe lapillis
Huc quum uenerunt: subito fulgore coruscans
Panditur ecce domus cœloꝝ cardine ab alto
Qua deus omnipotens uenturus cuncta beabit
Ex qua prodibat splendor solaris abunde
Solares radios superans quo cernere nullus

Iuppiterem poterat: passim prostratur & omnis
Turba uirg: penetrant clamoribus ethera celsa
Pectora: pectoribus collidunt: parce redemptor
Parce pijs precibus superum rex: parce nephadis
Criminibus nostris: nostrum miserere creator
Talia dicentes e surgunt: splendor & omnes:
Humanos uisus penetrat: mirrantur ubiq;
Talia mirra dei: conclamant quid sibi talis
Portendit splendor: superans pthebeia thessa
Hunc subito montes: & sylue: concava & antra
Castalij latices: atq; alta cacumina montis
Parnasi: depressa fronte extollere ad altum
Expectant: omnes homines: & mundus adorans
Conclamant deus: o deus: o deus: accipe nostras
O deus ipse preces: superum rex nos tibi serua:
Respirant paulum: resupino pectore corda:
Inspiciuntq; deum: quem uirtus nulla uidere
Mortalis potuit: mortali in corpore cernunt
Cui pia dux noster tremefactus uerbula dixit
Salue rex superu: superum saluete penates
Cur mea tecta deus: magni moderator olympi
Ingredieris: qui cuncta potes: qui cuncta gubernas
Non ego sum dignus: sat erat mihi conditor ut sic
Diceret: ecce tuus natus sit saluus & esset
At quia uenisti: tibi fit laus gloria fitq;
Cui deus omnipotens: natus de uirgine pura
Ipse deus: sine fine manens in corpore uisus
Te genus humanum: cernens in tartara tendi

Humile
gen^o ho
minum.

Nemo
deu in
uita ui
dit.

Perifra
sis e xpi
nri dei.

Ostendit
francisc^o
maria
dux: esse
uer^o cri
stianus.

Incolui terras: manans de corde parentis
Incar / Subsistens uerbum: socius cum patre coeuius
natio Vnica progenies: concors: equalis ubiq;
christi Spiritus: est nobis diffusus cuncta per ample
mirro Corda hominum: cernens uolui te misere & ieros
mūdo Qui mea perpetuo seruasti iussa libenter
descri Seruasti miseros semper de nomine nostro
pta. Hanc obrem tibi demisi memorabile munus
Quare E celo puez: quare pergamus & illuc
de? sus/ Ut genio sancto tandem moderatus & alter
fragat: Infestet nunq; natum: uicturum secula longa
duci frā His auditis: musa iubet mox pectine eburno
cisco ma Percutiam cytharam: phoebum: culta sq; sorores
rie. Cōmouet: ipsa liram capiāt: pia turba canoram
Fatum Instaurant thyasos populi: super astra meantem
Guido/ Iuppiterem laudāt mare: tellus: pontus & astra
baldi pñ Arguta ales: quo resonat: quā delphyca tellus
cipis. Quam lucus gryneus alit: quā pulcher apollo
Exercere modos docuit: plectroq; lyraq;:
Vndiq; conclamant: letiq; ad sydera tollunt
Carminebus uocem: ducunt & turba choreas
Precedunt pueri nos: Innupteq; puelle
Aurea saturni latium pia secla canentes
Cñ qb9 Nūc decorant latium: seqmur nos: gloria quosq;
habitat Tollit ad astra deum: magna comitante caterua
deus. E celo superum: tot non sunt in mare gutte
Montibus aut altis syluæ: uel in æquore pisces
Ethera: nec decorant uolucres: tot: sydera celum

Nec tot: quippe sui cōplent: quot numina feci:
 E celo ueniunt: testantur gaudia mundi
 Omnes uoce pia: contemperat organa canis
 Et phylomella suis: phebuis nascentis adortus
 Primos diffundit radios: aurora nitescit
 Phœbe & sepe suum mutabat in ethere numen:
 Congaudens puero: splendent sydera cuncta
 Urbinum ueniunt: ois tonat undiq; turba
 Carmine dulciloquo reges tollebat ad astra
 Atq; ducem clarum cecinit crinitus apollo
 Mirra loquar: nec mirra canam: qua uera fatebor
 Alcides unum lybicus prostravit harenis
 Te leo: sed domitium: quis fortissimus esses
 Fortis & hic fuerat magna slipante caterua
 Seq; suosq; duces diuino sanguine cretos
 Maria franciscus: solus dux inclytus armis
 Solus & hic alios: decimū post truncat: & oēs
 Indomiti fuerant: quare: quid uertere muros
 Profuit urbini: minime quem menia tutum
 Reddunt: ingenium sed: post hoc uiuida uirtus
 uiuat: uiuat & hic superet garamantas & indos
 Tygris & eufrates capiant sua iura: qbus nunc
 Imperet: & celso superis equetur olympos
 Prosternunt pueri flores per opaca uiarum
 Omnia collustrant nitidos amplexa penates
 Dextra dei: subito cum diuis ipse quieuit
 Ethera concutiunt bombe: intemplisq; sonatur
 Ere cauo: ludunt fanni: driadesq; puelle

Tot⁹ mū
 dus leta
 tur die
 natali
 cio prin
 cipis.

Cantile
 na apol
 linis in
 laudem
 ducis.

Letātur
 populi ī
 aduentu
 ionis.

Panaq; pastori prebebat frontis honores
 Externisq; rubens decorabat tempora sertis
 Rustica quo melius resonaret phystula faunis
 Interea reges confidunt cum ioue magno
 Hic: quibus auratas crispabat pectine cordas
 Simyntheus campis decoratus apollo murinis
 Adducunt puer: teneros complexus & artus
 Iuppi / Huic pater ethereus: puer o dulcissime dixit
 rer blan O te felicem: quo gaudent omnia secla
 dit pue Syluicolamq; uocat: similes sibi mille ministros
 ro princ Rore sacro puer: perfundat maximus auctor
 cipi. Orbis ait: pater eternus te clare puelle
 Fatum Atq; ego te secum profundo fonte perbenni
 principis Fonte sacro te noster spiritus abluat: atq;
 & bap Quo puero tenero capiti nascantur oliue
 tismus. Perpetuoq; tibi frondescant tempora lauro
 Guidobade decus nostrum tua temperet arces
 Exopta Tarpeias uirtus: tibi seruiat ultima thule
 tur prin Imperiumq; tuum superet Caramatas & indos
 ceps fie Aurea uicturo tribulo tibi secla: tibiq;
 ri cesar Humanum supra ingenium sint pectora: caelum:
 Faelix ipse tuis: uicturus nestoris annos
 Iuppiter Tu uenias tandem tibi sit mea dextera sancta
 benedi Semper in auxilium: cui floreat ether ubiq;
 xit prin Alitibus pictis: cui lilia candida campus
 cipi. Afferat: eternum fructuro pace qujeta
 Profide martigeno syleat cyllenius heros
 Cedat & ipsa uenus fulgentia sidera linquens:

Pro qua mi princeps fias gradinus & alter
Viribus egregijs imitatus gesta parentis
Principis egregij quo totus personat orbis
Francisci marie ducis oibus inelyta cuius
Gesta patent qui magnos semp prestat achylles:
Hectora: sciapiades: fabios clarosq; camillos
Et quoscunq; dedit romana potentia quondam:
Hoc probat ipse leo medices de stirpe creatus
Hoc quoq; bella docent cāpos digesta p umbros
Perfecto officio uenerandi fontis & ipfis
Sardonicas ponunt mensas: epulisq; ministrant
Quas de more suo benedixit conditor almus
Inuitatq; deum generoso pectore princeps
Magnanimus cesar fama super ethera notus
Maria franciscus: dux: hinc de more ministri
Dant manibus lymphas: cererem: dulcēq; lyeum
Imponunt mensis: heros comitatus & inde
Per uirides picto gemas ministrabat in auro
Sepe sibi grates referens: cui talia dixit
Non est iste cibus pro me: mihi dulcia mella
Ambrosiamq; parant superi: per secula: quare
Expletis epulis sua tectula quisq; renisat
His dictis: subito superum penetravit ad auras

Prestan
tia mar
gnani //
mi du //
cis fran
cisci ma
rie.

Coniui
uium.

Deorū ci
bus &
potus.

FINIS.

Marij Seraphyci Calliensis: Policarpi discipuli
ad lectorem. Tetrasticon.

Carmine laurigeri policarpi fertur ad astra
Clara feretroque sanguine progenies

Maria franciscus noster dux inclytus est qui
Perpetuo uiuet: hoc opere egregio

Ad lectorem.

Gismundi Montaini pergulensis. Polic. D.
Carmen.

Tu quicūq; cupis lepidum cognoscere uatem
Pieridumq; choros nosce uel ipse pios

Que monumēta dedit policarpus perlege lector
Carmine perpetuo nobilitata quidem

Hic nam feretriæ stirpis preconia cantat
Laudibus his tollens sydera ad alta duces

Atq; guidobaldum nitidum super ethera ponit
Quo noscat superis hic dare tura focis
Eiusdem ad librum carmen.

Vade salutatam pro me liber alme sorores
Hinc ad feretrias: uel cito perge domos

Nec te nunc tentat moles radiata colossi
Que rhodium credit uincere semper opus

Quin sacri properes celebranda palatia tecti
Nunc ubi preclari fulget imago ducis

Nāq; tibi semper dabit hic in carmine uires
Et de te pavidos excutet ipse metus

Inuidiæ rabiem: liuoris et arma repellet
Quāuis uel nulla labe perosus eris



Luce. F. Taurini Tyburtini predicatorij ad
principē Guidobaldū carmen.

Letare o princeps clarissime: nam policarpus

Nunc te laudando: tollet ad astra diu

Eiusdem ad lectorem.

Hic cantat ueras policarpus carmine laudes

Francisci marie feretriæq; domus

Benedicti Iacobitij Calliensis poli

carpi discipuli carmen.

Lector & auditor policarpus perlege librum

Quo noster uates laudat ubiq; ducem

Franciscū mariā: tanta est reuerentia recti

Cesare progenitus tura sabea petat

Numina qui uidit duris obnoxia fatis

Inuidiam potuit hic superare deum

Qui quotiens ueteres poterit perquirere uates

Dicet & est meus est iste poeta meus

Caroli paganutij policarpus

discipuli disticon.

Qui uult feretriæ bene noscere stemata gentis

Hic policarpus adest musæ gloria uates.

Impressum Venetijs per Magistrum


Ioānem frāciscum & Ioānem

antoniū fratres de Rusco

nibus. M. cccccxxij.


die. xxiiij.


Iulij.




1.002, 637


Errores ex primo libello : mox adveniunt : dicatur
aderunt. Errores ex secundo: superrarier scribatur
unico, r, & quia sepe solebat dicat qua. Errores
ex tertio alloquor hec eminus, dicat emin⁹ hec:
colles quis hec hostia pulsat colles hec hostia pul
sans. Mox fuit & cōius: mox est cominus: precor
dia: precor dic: prebuit ut mūdo huic mundo: Et
ga te semp scio me petitur: teq; petiturū scio me
nūc. Regio qppe nūcas: qppe micās regio: horri
dus hic premijs: premeris: pblegetontes pblege
tonteis: huic ut ppetuis: & perpetuis: Et nece qui
seua cui: dicatur feriant hos.



















BIBLIOTECA

Z